in Conſilio Rogatorum, et Dominus Cancellarius noſter, et ſecretarii hujus Conſilii teneantur, et obligati ſint ſub debito ſacramenti Commemorare Capitibus obſervantiam hujus Ordinis. Verum, ut dictus Ordo ſortiatur illum Certum, et bonum effectum, qui deſideratur, et eſt neceſſarius, per Capita hujus Conſilii Ordinetur ſedere Advocatores Comunis, et ſit in ipſo Conſilio ita diſpoſitum, quod poſſint ſupravidere, et quod per eorum preſentiam reſtet proviſum Contra omnes diſordines predictas.

1761. p.mo Ottobre.

Tratta dal Libro Roan Vecchio,

in Cancellaria Ducale

a pag. 61. per Comando, ed uso degli Ecc.mi Correttori.

Contro offendenti in Arringo.

1507. Die 20. 9bris in C.X.

Nihil eſt, quod ad unam bene inſtitutam Rempublicam, ſicut per Dei gratiam, et Clementiam eſt hec noſtra, magis Conveniat, quam ut illi, qui ad illius Gubernacula per tempora reperiuntur pacifico, et tranquillo inter ſe animo, omnique extrinſeca paſſione, seu turbatione, et rancore mentis ſemota, et omnino depoſita, procedant in Commemorando, et Conſulendo ea, que ad ipſius Reipublice, ſalutem honorem, et comodum pertinent.

Et Cum huic tanto, et tam pretioſiſſimo bono Contrarium, et prejudiciale admodum rebus noſtris effectum importare poſſent ſiniſtra verba, et mali modi, qui interdum in Arenga Conſilii noſtri Rogatorum per aliquem Arrengantem dicatur, et ſervatur omnino alieno et alieni ab decoro, et ab illo reverentiali reſpectu qui haberi debet ab omnibus preſentie Sermi Principis, et Dominii noſtri, et ipſius Conſilii. Ea propter, ut omnes habeant ſemper Cauſam non excedendi fines revereventie, et modeſtie predicte.

Vadit Pars, quod ſalvis, et ſervatis omnibus aliis Partibus que Circa hoc diſponerent, quibus per preſentem ordinem non intelligatur derogatum auctoritate hujus Conſilii, Captum, et prodiſam ſit quod ſi de Cetero aliquis in Arenga Conſilii noſtri Rogatorum loquendo auſus fuerit, et preſumpſerit extra Ordinem materie de qua loquitur pro opinione ſua Vagando prorum-